

hæc proclamabat? quis hæc testabatur? Taceant A
linguæ, loquantur acta: os habent res: nec am-
plius aerem pulsantes, sonum emittamus: os ha-
bent scripta: et si nos taceamus, non tacent res;
et si nos non loquamur, quæ scripta sunt, non pos-
sunt non loqui.

Igitur quia sic sunt hæc, et acta fidem habent,
et narratio actorum vera est, et clamant ipsæ actio-
nes vi sua, habuisse corpus Salvatorem, et corpus
mortale; et quod propter nostra corpora corpus
gestavit: quod reliquum est, simile quærit: pro-
pter nos venit illius corporis sui effector, et no-
strorum effector. Si enim aliud fuisset illud, cu-
ram aliis non adhibuisset corporibus. Si autem fa-
ctum est, et factum a Deo, factum vero est pro-
pter nos: igitur propter propria fiebat, ut quæ B
propria erant, salva essent. Illud fecit, illius effe-
ctione omnium suorum libertatem operatus. Gratia
igitur debentur ei qui corpora nostra fecit; qui
eorum ignaviae atque pigritiae prospexit et consu-
luit; qui misit Filium suum in corpore, et nostris
corporibus pignus dedit; ut non jam amplius fle-
ctamur et humi cernamus, sed simus elati et ere-
cti communitate corporum.

CAP. XX. Conclusio.

Illos igitur deceptores et rames in hoc etiam
attendemus, quod in corpora invaserunt, et in
corpus auctoris processerunt, ac contra œco-
nomiam et dispensationem Dei linguam extende-
runt; ac contra libertatem nostram ad usum et C
exercitationem linguæ loqui non dubitaverunt cir-
culatores quidam et circumforanei. Congessimus
acervum verborum pravitatis istius: licet enim
ex uno aliud accusare; hoc omnia deinceps per-
sequentes, omnia inutilia et aliena existimare.
Ideirco nos in omnes sermones ipsorum hucusque
delapsi, ne magnitudinem libro præbeamus, his
hactenus dictis terminemus, facta ex paucis alio-
rum indicatione, et ex dictis prius eorum confu-
tatione confecta. Opus autem est diligentia studio-
sis, ut omnes præstigias prætervecti aures servant,
ne a pravitate capiantur; ut sint custodes suarum
aurium, partim eas aperientes, cum verus sermo
pulsat; partim elaudentes, cum falsus et dolosus,
veritatem simulans laborat, ut in conclave mentis D
irrumpat. Multi enim ficti et simulati pulsant au-
res, dicentes: *Ego sum Christus* ⁶, et multos de-
cipient: *Unus autem solus Christus* ⁷, qui est libe-
rator, præses victoriae, beneficus, qui dispositione
pulsat, qui libertatem in ipso aditu conciliat, qui
simul ut ingreditur, peccata excludit, qui in in-
gressu amicitiam cum Patre tribuit, qui mox in-
grediens tropæa in anima ponit.

ἐβόα; τίς ταῦτα ἐμαρτύρει; Σιωπάτωσαν αἱ γλῶσ-
σαι· λαλεῖτωσαν αἱ πράξεις· στόμα ἔχουσι τὰ πρά-
γματα· μηκέτι, τὸν ἀέρα κρούοντες, τὸν ἦχον ἀπο-
πέμφωμεν· στόμα ἔχουσι τὰ γεγραμμένα· κἂν ἡμεῖς
σιωπήσωμεν, οὐ σιωπᾶ τὰ πράγματα· κἂν ἡμεῖς μὴ
λαλήσωμεν, οὐκ ἀνέχεται μὴ λαλεῖν τὰ γεγραμμένα.

Ἐπειδὴ οὖν ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ πισταί εἰσιν αἱ
πράξεις, καὶ τῶν πράξεων δυνάμεις, ὅτι σῶμα εἶχεν
ὁ Σωτὴρ, καὶ σῶμα θνητὸν, καὶ σῶμα ἐφόρεσε διὰ
τὰ ἡμέτερα· τὸ ὅμοιον λοιπὸν ζητεῖ· ἦκει δι' ἡμᾶς ὁ
ἐκείνου ποιητῆς, καὶ τῶν ἡμετέρων ποιητῆς. Εἰ
γὰρ ἕτερον (64) ἦν, οὐκ ἂν περὶ ἑτέρων ἐκείνου
πρόνοιαν ἐποιεῖτο· εἰ δὲ πεποιήται ὑπὸ Θεοῦ, πε-
ποιήται δὲ ὑπὲρ ἡμῶν, ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἐποιεῖτο.
Ἴνα γὰρ τὰ ἴδια ἑαυτοῦ σώσῃ, ἐκεῖνο ἐποίησε, τῇ
ἐκείνου ποιήσει πάντων τῶν ἰδίων τὴν ἐλευθερίαν
ἐργασάμενος. Χάρις οὖν τῷ πεποιηκότι τὰ ἡμέτερα
σώματα, τῷ προνοησαμένῳ καὶ ἐρράθυμηκότων
αὐτῶν, καὶ ἀποστείλαντι τὸν ἴδιον Υἱὸν ἐν σώ-
ματι, καὶ δεδωκότι ἐνέχειρον τοῖς ἡμετέροις σώ-
μασιν, ἵνα μηκέτι κάμπτωμεν, καὶ χαμαὶ ὀρώμεν,
ἀλλὰ ὤμεν ἐπηρμένοι τῇ κοινωνίᾳ τῶν σωμάτων.

Εὐτελείσωμεν οὖν καὶ ἐν τούτῳ τοὺς ἀπατεῶνας
ἐκείνους, ὅτι καὶ κατὰ τῶν σωμάτων βεβαδίκασι,
καὶ κατὰ τοῦ πλάστου κεχωρήκασι, καὶ κατὰ τῆς
οἰκονομίας τοῦ Θεοῦ τὴν γλῶσσαν ἐξέτειναν· καὶ
κατὰ τῆς ἐλευθερίας ἡμῶν λαλεῖν οὐ παρητήσαντο,
ἀγύροται τινὲς ὄντες καὶ ἀγοραῖοι, ἄθροισμα λόγων
πονηρίας συναγχοῦτες· ἐστὶ γὰρ τὸ ἐν ἐχόμενον οὐκ
ἕτερον αἰτιοῦσθαι· ἀλλὰ μὴ πάντα ἐφεξῆς ἐπιξιόντα,
πάντα ἀχρεῖα καὶ ἐκφυλα ἡγεῖσθαι. Διὰ τοῦτο καὶ
ἡμεῖς εἰς ἅπαντα λόγον ἐν τῶν κτιόντων, μὴ πολὺ
μῆκος παράσχωμεν τῷ λόγῳ, μέχρι τούτων στῶμεν,
διὰ τῶν ὀλίγων καὶ τὰ ἄλλα ὑποδείξαντες, καὶ διὰ
τῶν προλαχθέντων τὸν ἐλεγχὸν κατασκευάσαντες.
Ἐπιμελείας δὲ τοῖς σπουδαίοις χρεια, ἵνα πᾶσαν
γοητείαν ὑπερβεβηκότες, ἀλήτους τῆς ἀκοῆς ἀπὸ
τῆς πονηρίας διαφυλάξωσιν· ὅπως κλειδοφύλακες
ᾧσι τῶν ἑαυτῶν ἀκοῶν, καὶ πῆ μὲν ἀνοικνύοντες, ὅτε
κρούει ὁ ἀληθὴς λόγος· πῆ δὲ ἀποκλείοντες, ὅτε ὁ
ψευδὴς καὶ περυσιασμένος σχηματιζόμενος τὴν ἀλή-
θειαν εἰσβάλλειν ἐν τῷ ταμείῳ τῆς διανοίας σπου-
δάξει. Πολλοὶ γὰρ πεπλασμένοι καὶ ἐσχηματισμένοι
τῆς ἀκοῆς κρούουσι, λέγοντες· Ἐγὼ εἰμι ὁ Χρι-
στὸς, καὶ πολλὰς πλανήσουσιν· Εἰς δὲ μένος ἐστὶν
ὁ Χριστὸς, ὁ ἐλευθερωτῆς, ὁ τροπαιοῦχος, ὁ εὐερ-
γετικὸς, ὁ διαθέσει κρούων, ὁ ἐλευθερίαν τῇ εἰσόδῳ
μνηστευόμενος· ὁ ἅμα τῷ εἰσβαλεῖν ἐξοικίζων τῆς
ἀμαρτίας, ὁ ἐν τῇ εἰσόδῳ τὴν φίλιαν τὴν πρὸς τὸν
Πατέρα ἀποδίδους, ὁ παραχρῆμα τῇ εἰσόδῳ τῇ ἑαυ-
τοῦ τροπαῖα.

⁶ Matth. xxiv, 23. ⁷ I Cor. vii, 6; I Tim. ii, 5.

(64) *El γὰρ ἕτερον*. Id est, si non fuisset ejusdem naturæ corpus, scilicet humanum, anima intelligente præditum. TITR.

ΤΙΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΤΑ ΜΑΝΙΧΑΙΩΝ. A TITI, EPISCOPI BOSTRENSIS, ADVERSUS MANICHÆOS.

Ἐπιπόθεσις τοῦ πρώτου λόγου.

Ὁ πρῶτος περιέχει λόγος ἔλεγχον καὶ ἀνασκευὴν τῶν μάλιστα κεφαλαίων τοῦ δόγματος τῶν Μανιχαίων, ὡς ἀλλοτρίως πάντη πρὸς τὰς κατὰ φύσιν κοινὰς ἐννοίας ἐχόντων.

Ἐπιπόθεσις τοῦ δευτέρου λόγου.

Ὁ δεῦτερος ἀποδείκνυσιν, ὡς οὐκ ἐκ τινος τῆς γε μὴ οὔσης ἀνάρχου κακίας, καὶ ἐναντίας τῷ Θεῷ ἀρχῆς ἄνθρωπος πλημμελεῖ· καὶ ὡς οὐδὲν κατ' οὐσίαν ἐν τοῖς οὔσι κακόν· οὔτε μὴν τις ἀνισότης ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς ἐστὶ· καὶ ὡς μάτην καὶ λῖαν ἀσεβῶς κακίζουσι τὴν τῶν ὄλων οἰκονομίαν. Καὶ ὄλως τὸν περὶ Προνοίας ἅπαντα λόγον κεφαλαιωδῶς περιλαμβάνει, ἀποδεικνύς, ὡς οὐδεμία ἀνάγκη δευτέραν τινὰ καὶ ἐναντίαν ἀρχὴν τῷ Θεῷ ἐκ τῶν πραγμάτων ὑπονοεῖν.

Ἐπιπόθεσις τοῦ τρίτου λόγου.

Ὁ τρίτος ὑπὲρ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν ποιεῖται λόγον, ὡς παρὰ τοῦ Θεοῦ πάσης τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης δοθείσης, καὶ ὡς οὐδὲν τῶν αὐτόθι πεπραγμένων τε καὶ λελεγμένων εὐλογόν τινα κατηγορίαν ἔχει τοῦ ποιήσαντός τε καὶ λαλήσαντος· καὶ ὡς συνωδὰ πάντα τῇ Καινῇ Διαθήκῃ· ὡς μηδὲ ἐντεῦθεν ἀνάγκη εἶναι, δευτέραν τινὰ καὶ ἐναντίαν ἀρχὴν τῷ Θεῷ ὑπονοεῖν.

Ἐπιπόθεσις τοῦ τετάρτου λόγου.

Ὁ τέταρτος ἐξαιρεῖ καὶ τὴν Καινὴν Διαθήκην τῆς ἐκείνων κατὰ Θεοῦ βλασφημίας, ὡς οὐδὲ πρὸς αὐτὴν παντελῶς ἐχόντων τινὰ κοινωνίαν, καὶ ὡς μάτην ἐκδιάζονται μέρη γέ τινα ταύτης πρὸς σύστασιν τῆς αὐτῶν ἀσεβείας· καὶ ὡς ἡ κατὰ τὴν διάβολον ὑπόθεσις οὐδὲν αὐτοῖς συναίρεται πρὸς ἃ λέγουσι κατὰ Θεοῦ.

Argumentum libri i.

Primus liber continet confutationem præcipuorum capitum doctrinæ Manichæorum, quæ sunt penitus aliena, et cum communibus notionibus natura insitis et anticipatis pugnantis.

Argumentum libri ii.

Secundus liber docet et explanat, non peccare hominem ex quodam malo æterno et sine principio ac Deo contrario, quod quidem non est; et nullum esse malum secundum substantiam in iis quæ sunt; nec ullam inæqualitatem in nostris rebus; ac vane et valde impie gubernationem universi improbari et reprehendi. Denique omnem de Providentia disputationem summam complectitur, docetque minime necesse esse suspicari ex rebus, ullum esse secundum principium, Deo contrarium.

Argumentum libri iii.

Tertius liber pro lege et prophetis disputat: quippe cum totum Velus Testamentum a Deo datum sit, et nihil eorum quæ in eo facta aut dicta sunt, probabilem accusationem ejus qui fecit et dixit, habeat; sintque omnia cum Novo Testamento consentientia: ut nec ex hac parte necesse sit cogitare aliquod secundum principium Deo contrarium.

Argumentum libri iv.

Quartus liber Novum Testamentum ab illorum blasphemia in Deum defendit, ut qui nullam prorsus communionem cum eo habeant, et frustra ac vane quasdam partes ejus ad constituendam suam impietatem per vim trahant; quodque id quod diabolice subjiciant, nihil eos juvat ad ea stabilienda quæ contra Deum dicunt.

SUPPLEMENTA

E Parallelis Damascenicis Rupefucaldinis, ad libros IV adversus Manichæos Titi Bostrensis episcopi.

I.

Ex Joannis Damasceni sacr. Parallel. Opp. tom. II, pag. 765, edit. Paris. 1712.

Τοῦ ἀγίου Τίτου ἐπισκόπου Βόστρων ἐκ τοῦ κατὰ **D Sancti Titi episcopi Bostrorum, ex libro i contra Manichæos.**
Μανιχαίων λόγου α' (65).

Πῶς οὖν, φῆς, ἀναστήσεται τὸ σῶμα, εἰ σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ κληρονομήσει οὐ δύναται; οὐ τοίνυν ἐστὶ, φασίν, νεκρῶν ἀνάστασις. Οὔτε τοῖς ἀνωτέρω διὰ πλειόνων λεχθεῖσι τὸν νοῦν οὐ παρέχουσι, ἀλλ' ὡσπερ τινὲς ἐν διαμοναῖς πραγμάτων ἀδικωτάτων, τὸ ἑαυτοῖς προσφιλέες εἰς τὴν ὑπόνοιαν τῆς σφε-

Quinam igitur fiet, inquis, ut corpus resurgat, si caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt? nequaquam igitur est resurrectio mortuorum. His quæ superius copiose dicta sunt, animum non advertunt; sed, velut quidam iniquissimis in negotiis perseverantes, id quod sibi ad impietatem

(65) Ἐκ τοῦ κατὰ Μανιχ. λόγου α'. Nequaquam hæc in libris Titi Bostrensis contra Manichæos, ut

PATROL. GR. XVIII.

nunc exstant ex translatione Turriani, reperi. LEQUIEN.